







1731 21 26 28

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
IVRE  
TAXATIONVM

---

QVAM  
PRAESIDE  
IOANNE FRIDERICO  
WERNHERO D.

PANDECT. PROFESS. PVBL. CVRIAE PROVINC. SCA-  
BINAT. ET FACVLT. IVRID. ASSESS. SVBST.  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

D. XXIII. MAII M DCC XXXI.

IN

AVDITORIO JCTORVM  
HORIS CONSVETIS

DEFENDET

IOANNES GODOFREDVS   
VITEMBERGA-SAXO.

---

VITEMBERGAE 67

TYPIS EPHRAIMI GOTTLOB EICHSFELDII.



DISSERTATIO JURIDICA

IVRE

TAXATIONVM

QVAE

IOANNIS FRIDERICI  
WERNERII

AVDITORIO LEGORVM

IOANNIS GODFRIDI WERNERII

HAEREDITARIUM







B. C. D.

§ I.



Retia rerum partim ab hominum indigentia, partim utilitate, partim luxuria, partim arbitrio communi, pendere, pluribus demonstrarunt *COCCEIVS Exercit. curios. Tom. II. Disp. 25. PVFFENDORFF. Iur. Nat. & gent. Lib. V. cap. 1. GROTIUS de iure belli & pacis Lib.*

Taxationum diuisio.

*II. cap. 12. ff. 14. ibique BECHMANNVS. ILL. DN. de WERNHER Elem. Iur. Nat. & gent. Cap. XV. ff. 5. p. 274. CARPZOV. P. III. Decis. 276. n. 13. Eruuntur illa rerum pretia in primis per TAXATIONES, quae potissimum uel legali auctoritate imperantur, uel in iudicio constituuntur, uel denique priuatim determinantur. Ut itaque reliquas taceamus distinctiones, quae de taxatione proferri possent, eam pro ratione instituti nostri in *legalem & priuoram*, diuidemus, atque ad haec capita singula, quae de taxatione dicturi sumus, reuocabimus. De ipsa uero *Taxationis* uoce, si lubet, adeas *CVIACIVM Lib. II. Obs. 12.**

A 2

SECT-



## SECTIO I.

## DE

## TAXATIONE LEGALI.

## §. II.

In taxatio-  
ne legali  
pretium  
iustum de-  
terminat  
uel Prin-  
ceps,

An con-  
currant  
status Pro-  
uinciales.

**I**N taxatione legali iustum pretium definitur uel a Prin-  
cipe, uel a Magistratu inferiori. Principem, cum  
summa gaudeat potestate leges ferendi, iure quoque  
certam rerum taxam determinandi haud destitui, extra om-  
nem dubitationem positum est. Num uero, ubi Or-  
dinum Prouincialium, *deyer Land-Stände*, adhuc quae-  
dam superest auctoritas, eorum consensus adhibendus sit,  
dubium uidetur. In genere, quid hic obtineat, definire  
difficile nonnihil est. Admodum enim uariat illa Statu-  
um conditio pro diuersitate territoriorum. Sic in non-  
nullis locis uoto gaudent decisiuo, in quibusdam consul-  
tatio solum, teste *BILDERBECK, im teutschen Reichs-  
Staat P. III. Sect. 1. cap. 5. §. 3. p. m. 222.* & in aliis rursus  
plane non in consilium adhibentur, uel certe haud in om-  
nibus causis, uti tradit *HERTIUS Opuscul. Vol. I. Tom.  
II. p. 414.* aiens: *In multis rebus publicis Ordines hodie fe-  
re non, nisi in tributis, audiuntur.* In dubio uero Ger-  
maniae nostrae status antiquioribus temporibus id exe-  
gisse uidetur, ut omnino Ordinum Prouincialium quae-  
dam haberetur ratio, id quod passim quoque obseruatum  
esse rerum gestarum monumenta, quae ad nos peruene-  
runt, perhibent. Confirmat hoc *EGINHARDVS in ui-  
ta Caroli M. cap. 30.* de Carolo M. ita tradens: *Extremo  
uitae tempore, congregatis solenniter de toto regno Francorum  
primoribus, cunctorum consilio consorem sibi totius regni &  
imperialis nominis heredem constituit.* Porro ad stipulatur  
nostrae sententiae *LIGVRINVS uers. 592. seq.* ita canens:

*Diffua-*



*Dissuasere Duces, ac, ne contrarius illis  
Ire uideretur, nec in hac re commoda regni  
Sed priuata sequi, quamuis inuitus ab alto  
Cessit proposito, sic dissuadentibus illis.*

IN ANNAL. quoque FRANCORVM ad annum 806. haec habentur: *Illisque absolutis conuentum habuit Imperator cum primoribus & optimaribus Francorum de pace constituenda &c. Pariter in HISTOR. ERPHEFORD. de Landgrau. Thuring. cap. 73. traditur ad annum 1287. Et plura alia de differt in damnum filiorum suorum, si domini terrarum non obstrisissent, ubi per dominos terrarum, uulgo die Land: Stân: de, intelligunt, nec non IBID. cap. 82. in fin. ad annum 1307. Et haec tractata sunt in Erffordia in monte sancti Petri Comitibus & Nobilibus ad hoc literatorie uocatis. Pertinent etiam huc, quae FABRICIVS in Saxon. Illustrat. P. I. Lib. 6. de Friderico strenuo ad annum 1330. refert: Defuncto Patre, cum de prouinciarum diuisione uaria consilia inirentur, optimaribus uisum est, ut rutoris nomine atque auctoritate Fridericus omnes administraret.*

### §. III.

Patet itaque ex locis allegatis, auctoritatem Ordinum Prouincialium, si non ad ipsam causarum publicarum decisionem adspirantem, certe tamen proximam olim fuisse. Temporis uero successu, aucta Principum dignitate, additoque pleno superioritatis territorialis iure, mirum non est, Principes sibi saepius plus iuris & praerogatiuae in subditos uindicasse. Hinc est, quod hodie regulariter, & in dubio, uotum mere consultatiuum Ordinibus Prouincialibus competere intelligatur. ILL. DN. de BERGER. *Elect. Discept. for. Suppl. 1. Consil. 80. p. 848.* B. HORNIVS *Iur. Publ. cap. 60. §. 1. in fin.* HELMONDVS *Iur. Publ. Sax. Sect. VI. §. 4. p. 37. pr.* In Saxonia no-



Ita Electorali singulari SERENISS. ELECTORVM indulgentia multa Statuum consiliis tribui, eosque in omnibus ferme negotiis, Rempublicam concernentibus, audiri, ipsa experientia edocemur, ita ut AUCTOR *Inuentarii Saxon.* quod MScrum circumfertur, his utatur uerbis: In Sachsen bestehet das Recht der Landschaft darin, nen insgemein, daß nebst denen Abgeordneten derer Herren Vettern die Stände an Prälaten, Graffen, Ritterschafft und die Städte nicht nur in Sachen, die gemeine Landes Nothdurfft betreffend, viel zu sagen haben, und pflegen man auch öftters bey ihren Erinnerungen so fest zu stehen, daß, wann ohne sie Gesetze und gemeinbündige Ordnungen verfaßt werden wollen, selbige ausser der Observanz geblieben, sondern es sind auch wohlleher die wichtigste die Hoheit betreffende Sachen, als die Verträge des Hauses, der Cammer-Staat, mit einer treuen Landschaft *communiciret* worden *ic. ic.* Quemadmodum uero haec in genere quoad auctoritatem Ordinum Prouincialium ita comparata sunt, sic in specie quoque causas, publicam & uniuersalem *Taxam* concernentes, in Prouincialibus conuentibus esse uentilatas inspectio COD. AVGVST. & quidem *Tom. I. p. 1562.* alibique abunde docet. Nec id sine ratione. Vix enim fieri potest, ut legislator omnes circumstantias, scitu necessarias, cognitas atque perspectas habeat. Qua de causa in illis etiam prouinciis, ubi nulla ordinum Prouincialium deprehenditur auctoritas, circa condendas *taxas uniuersales*, si non ex regulis iustitiae, prudentiae tamen, haud immerito sunt audiendi.

## §. IV.

Vel Magistratus inferiores.

Particulares *taxas* quod attinet, Magistratus quoque inferiores ius eas constituendi exercent in rebus, quibus quotidie indigemus, *arg. l. 1. §. 11. ff. de off. praef. urb.*  
 Add. HOTOMANNVS *de Magistr. Rom.* MYNSINGER  
 Cent.



*Cent. V. Obs. 27. n. 3. v. gr. in panis, cereuisiae, carnis, &c. taxatione, quarum rerum cura in specie olim de Iure ciu. ad Praefectum urbis spectabat, L. cit. ff. de off. praef. urb. postea uero de Iure Can. Presbyteris demandata est Cap. I. X. de emr. & uend. Imo & ipso Iure Ciu. id iam Episcopis iniunctum, ut prouiderent, ne mercandi modus excederetur. L. 1. C. de Episc. aud. Verum inter Protestantes omnino id cessat, neque Clericis circa haec negotia secularia aliquid relictum est. Celeb. DN. BOEHMER *Iur. Eccl. Protest. Tom. II. p. 793. §. 9.* Pertinet itaque hoc ius tantum ad Magistratus ciuiles, eisque cum iure Politiae tacite indultum censetur. Neque stringit dubium ex *L. ult. ff. de L. Iul. de ann. uerbis: Ius non esse ordini cuiusque ciuitatis pretium grani, quod inuehitur, statuere.* Alia quippe ciuitatum municipalium olim forma fuit, quam hodie, & ex Iure Germ. omnis res est diiudicanda, recte notante ZAHN. *Polit. municip. Lib. 1. cap. 17. no. 80.* Nec porro obstat, licet Magistratus iurisdictione destituantur. Iura enim Politiae etiam illis Magistratibus, quibus omnis adempta est iurisdictione, competere possunt. ILL. DN. *de WERNHER Sel. Obs. For. Vol. V. Obs. 178.* ZAHN. *cit. l. Cap. 34. Lib. II. no. 3.* ZIEGLER *Tr. de iure Maieft. Lib. I. c. 46.* DINNER. *Tract. de iust. rer. prer. defin. Qu. 3. no. 6.* Add. ADR. BEYER. *de Opif. Iure probib. Cap. 3. §. 12. p. III.* CARPZOV. *P. II. Const. 6. Def. 2. & ESBACH ad l. cit. BEYER Iur. Germ. Lib. I. cap. 11. §. 26.* eamque facultatem expresse Magistratibus in Saxonia indulsit SERENISS. SAX. ELECT. RESOL. GRAV. *de anno 1661. Tit. von Justitien Sachen §. 98.* COD. AVGVST. *Tom. I. p. 244.* Minime uero opus est, ut taxa communi uenditioni attemperetur, sed, si usum attendere Magistratus nolit, aliud pretium ex arbitrio iustis de causis recte determinat. LEYSER. *Iur. Georg. Lib. III. cap. 6. n. 69.* Tales circumstantias enumerauit SERENISS.*

EL. SAX.

Quid ab  
his obser-  
uandum  
sit.



EL. SAX. in der Tax: Ordnung de anno 1623. COD. AVG. Tom. I. p. 790. sanxitque, ut non solum in frumentis &c. uarietas mensurarum, sed etiam impensae in aduentionem ex locis remotioribus factae, loci & agrorum fertilitas, frumenti abundantia, it. eiusdem praestantia & bonitas, &c. attendantur. Salua tamen ubiuis est Principis auctoritas. HORN. de confirm. statut. municip. Tb. 23. Priuatis uero personis, & in specie Collegiis opificum, legales aut conuentionales, de operis mercibusue suis, taxae statuere, minime permittitur, ne ipsorum libidini & iniquitati quilibet obiciatur. Add. ADR. BEYER vom Meißner-Recht, n. 514. p. 229. quin potius, si tale quid aui sint, aut nimio merces suas aestiment, exterorum admissione, priuilegiorum ademtione, aliisque uariis modis coerceri poterunt. BEYER d. Colleg. Opif. n. 932. p. 355.

## §. V.

Taxae legales uariis in rebus locum habere possunt.

Licet uero perpetua eiusmodi & generalis per legem uel ordinationes pretii definitio plerumque difficilis esse soleat, l. 63. ff. 2. ff. ad L. Falcid. l. 3. ff. de eo, quod certo loco, expedit tamen Reipublicae, DINNER d. Tr. Qu. 3. n. 1. & Qu. 4. n. 1. seqq. ut, quoties exegerit necessitas, in rebus, de quarum certo iustoque pretio constare utile est, publica illud aestimatione definiatur. Hinc non solum dantur Taxae illarum rerum, quibus quotidie indigemus, uti in §. praeced. expositum v. gr. des Fleisches, Bieres, Brodts, Feder, Viehes, Wildprets, Fische, Honigs, Material-und Apothecker-Waaren, ic. uerum etiam aliarum rerum, quarum determinatio ad salutem Reipublicae pertinet. Cum autem eiusmodi pretium generale admodum uariare soleat, hinc in REFORM. SIGISM. Imp. de anno 1440. apud GOLDAST. Reichs-Sag P. II. p. 137. de taxa quotannis facienda ita dispositum: Soll man in einer ieglichen Reichs-Stadt einen



einen weisen, frommen Mann von ieglichem Handwerk wehlen, und die alle heissen schwören, der Früchte Jahr Gang überschlagen, um Korn und Wein ꝛc. dem Schneid der seinen Lohn setzen, desgleichen einem ieglichen Handwerk, dem Tagwerker ꝛc. die Ordnung soll auch bestehen das Jahr ꝛc. Cum qua dispositione convenit CIVILIA C. ad l. 59. ff. de Verb. oblig. monens, annis mutari rerum pretia circa frumentum, uina &c.

## §. VI.

Pretium, taxa legali definitum, semper iustum praefumitur. MOLINAEVS de l. & l. Tr. II. Def. 364. n. 2. Ex quo sequitur, illud accurate obseruandum, neque plus ab altero contrahentium ualide exigi posse. Qua de causa, hoc non obseruato, alter contrahentium statim de laesione queri poterit, licet eadem minima sit, & dimidium haud excedat. l. 5. C. de LL. & Const. Princ. arg. l. 29. ff. de usur. & fruct. II. Feud. XXVII. ff. 4. imo quicquid contra hanc taxam soluitur, si plus datum sit, tanquam indebitum, repeti potest, cum contra legem soluatur. STRYK. ad Comp. Lauterb. tit. ff. de contrab. emt. uerb: Non excedat. Sed, si libere aliter conuentum, & alter spontaneo motu maius pretium dederit, quam in taxa est praescriptum, tunc neque alteram partem de laesione queri, neque hoc, quod plus datum est, ex causa indebiti rursus condici posse, per se patet, ex natura pactorum, praesertim, si pretium in fauorem uenditoris definitum sit, uti in emtione annuorum reddituum, teste BVSIO Tr. de ann. redit. cap. 9. n. 17. Quilibet enim fauori pro se introducto renunciare potest, nisi illud iterum lege expressa sit prohibitum, id quod factum in dem Thur: Sächsl. Münz: Mandat de ann. 1623. uerbis: Ob sich auch gleich ꝛc. & intuitu expensarum iudicialium in ORD. PROC. SAX. RECOGN. ad tit. XXXVI. vr. ubi ita: Und wollen, daß darüber allenthalben gehalten,

B

ten,



ten, und keine *Statuta*, Erb-Register, Vergleiche oder Gewohnheiten, so derselben entgegen, *attendiret* werden sollen.

## §. VII.

Vel minoris.

Cum autem pretii iusti determinatio eo tendat, ut ne altera contrahentium pars de laesione queri possit, facile intelligitur, eos casus, ubi minus pretium, quam in taxa est praescriptum, persoluitur, ad ea, quae in *f. praeced.* diximus, regulariter non pertinere. Hoc enim omnino indultum esse, inprimis, si pretium in gratiam emtoris sit definitum, id quod in dubio praesumendum, ipsa sana ratio dicitur, quippe qua edocemur, neminem inuitum ulla necessitate ad lucrum captandum adstringi, sed u. gr. uenditorem damnum, cum id sua culpa sentiat, neutiquam sentire. *arg. l. 67. ff. de Fidej. & mandat.* Bene tamen monet B. THOMASIVS in *Iprud. diu. Lib. II. Cap. 2. f. 54. seqq.* rationem & intentionem eiusmodi taxae legalis esse considerandam, atque probe perpendendum, num eadem forsan *prohibitionem monopoliorum* respexerit. Hic enim si fuerit finis, neque pretium taxa inferius, altero licet consentiente & uolente, ualide dari potest, quia alias intentio taxae promulgatae reuera elideretur. Neque idem permittitur in simulatis emtionibus uenditionibus, aut si alias quid fiat in fraudem, u. gr. si praedia ampliora creditori ad palliandam legem commissoriam uili pretio uendantur. Arguitur enim fraus & mala fides ex utilitate pretii & paruitate debiti. PHILIPPI *Tr. de subbasf. Cap. III. comm. 12. n. 40. p. 197.*

## SECTIO II.



SECTIO II.  
DE  
TAXATIONE IVDICIALI

§. VIII.

**S**equitur iam Taxa iudicialis, quando nimirum iusta Taxatio rerum pretia definiuntur in iudicio, cuius tanta semper fuit autoritas, ut certam iuris faciat praesumptionem, omnemque rerum ibidem iniuste gestarum suspicionem remoueat. MARTINI *ad O. P. S. tit. XXXIX. §. 16. n. 9. EIVSD. Anal. ad l. c.* Qua de causa non solum in illis rebus, quarum distractio absque praeuia iudiciali taxatione ipso iure nulla & infirma est, insignem habet effectum, ita ut ex eadem ratione tutor rem pupilli, a magistratu taxatam, praeuio simul alienationis decreto, secure atque irreuocabiliter sibi acquirere possit, quod alias non licet, *l. 27. §. ult. ff. de contrab. emr.* quia in rem suam autor esse nequit, *l. 1. pr. ff. de aut. & conf. tut. & Curat.* uerum etiam in quibuscunque aliis negotiis contra remedia iuris competentia egregium praebet administriculum. In dubio enim iustum & congruum cenfetur pretium constitutum. MARTINI *cit. l.*

Taxatio iudicialis utilitatem praebet in genere in omnibus rebus, quarum distractio periculosa.

§. IX.

Inprimis uero taxatio iudicialis desideratur I. in taxatione bonorum, bey Anschlagung der Güter, quae duplicis solent esse generis, uel Pacht. uel Kauff. Anschlagge. Vt in illis iustum pretium determinetur, potissimum respiciendum ad annuos redditus, quippe ex quibus uera fundi aestimatio non raro colligitur, *l. 13. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 16. C. de rescind. vend.* Inprimis haud unius tantum anni, aut praesentis, habenda est ratio, MEV. P. I. *Decif. 31.* sed & redditus, Pacht. Anschlagung, ubi una disquiritur, quid obseruandum bey den Pacht. Anschlägen,



qui subsequenti tempore forsan percipi possunt, spectandi. *l. 62. ff. de R. V. d. 3. C. de pignor. act.* Itaque ab initio des Pacht-Anschlages respiciendum auf die steigende und fallende Nutzungen, atque in his non unius anni, sed plurium simul coniunctorum redditus computandi. COLER. *Proc. Exec. P. III. n. 128. 135. 150.* KOEPPEN *Decif. 44. n. 113.* Utilitas huius computi inprimis deprehenditur, si res sequestrata, uel alia, auctoritate Magistratus locanda sit. Ita enim eueniet, ut huic nihil possit imputari ob uilius locarium, & e contrario facilius inueniatur conductor. Non obstante uero tali aestimatione ob nimiam sterilitatem tempestatesque calamitosas, remissionis, des Pacht-Geldes, recte petitur. Quamuis enim fructus communiter percipiendi aestimentur, sterilitas tamen & similes casus praeuideri haud potuerunt, ideoque nec beneficia propterea concessa excludere ualent. Quomodo uero computus ob sterilitatem instituendus sit, & qualis taxationis norma sequenda circa connumerationem pensionis, seminis, expensarum & fructuum perceptorum, prolixius tradunt BRUNNEM, *ad l. 8. C. locat. § l. 15. ff. eod. & inprimis MEY. P. IX. Decif. 144. § 145.*

## §. X.

und Kauff-Anschlägen, in quibus spectantur omnia emolumenta,

Praeter 1) annuos redditus plura insuper obseruanda ueniunt bey denen Kauff-Anschlägen, nec non ex parte bey denen Pacht-Anschlägen, praesertim in praediis rusticis. Namque porro respiciendum 2) ad morem regionis. Quaelibet enim Germaniae prouincia speciali consuetudine certam bonorum aestimationem plerumque attendere solet, quemadmodum docet COLER *Proc. Execut. P. III. cap. 9. n. 134. § 135.* & de Marchia testatur WEHNER *in Obs. Pract. uoce: Anschlag der Güter* &c. Quod si uero dubium oboriatur circa morem & consuetudinem regio-



regionis, tamdiu standum erit iudicio taxatorum, tanquam artis peritorum, donec probetur contrarium. MEV. P. VI. Decis. 162. Vterius haud negligendae sunt 3) meliorationes. Vbi tamen notandum, attendi meliorationes ipsas, non uero quod impensum est. ILL. DN. de WERNHER *Sel. Obs. For. Vol. IIX. Obs. 297.* WEHNER *in Obs. Pr. uoce: Anschlag der Güter.* Plerumque enim plus est impensum, quam melioratum. *arg. l. 38. ff. de R. V. B. MENCKEN Proc. Tit. 39. §. 99.*

## §. XI.

Amplius habenda ratio 4) loci rei sitae uel periculosi uel fructuosi, *l. 13. pr. ff. de reb. eor. qui sub tutel. quorsum etiam pertinet salubritas aëris.* STRYK *de Iur. sens. Diff. V. cap. 2. n. 14. 5.)* fructuum in fundo pendentium. Procul enim omni dubio ager, in quo matura iam messis habetur, & praesens est emtoris lucrum non leue, maiori uendetur pretio, quam ille, ubi tale quid non deprehenditur. 6.) Pacis & belli. Siquidem hoc facultatibus suis ac personae alibi potius prospicere, quam nummos in rebus exiguo iam usui futuris consumere, iubet. MOLIN. *de l. & l. Tr. 2. Def. 348. n. 4. 7.)* Pacti de retrouendendo, uel similis, liberam dispositionem impediens, additi. *l. 79. ff. de contrab. emr. 8.)* Securitatis pretii. *l. 4. §. 6. ff. de in diem add. 9.)* Dilatae uel anticipatae solutionis. *l. 15. in f. ff. eod. 10.)* Praediorum, qualis ea nunc est, culturae. *l. 3. §. 5. de iure fisc.* Namque diligenti praediorum cultura pretia quoque augentur. 11.) Conditionis uicini *l. 35. §. 8. ff. de contrab. emr.* Vnde in taxatione aedium uicinum rixosum & onerosum spectari debere, non sine ratione monet MEV. P. VII. Decis. 108. Quam maxime ergo dispiciendum, annon forte potentior, u. gr. Princeps sit confinis. Cum tali enim frequentissimae lites de Iurisdictione, finibus, iure pascendi, uenatione, aliisque



iribus intercedere solent. Deinceps 12.) in taxatione bonorum spectari debent omnia, quae aliquam saltem utilitatem praebere possunt, *l. 23. §. 6. ff. L. Aquil.* imo nonnunquam res uitiosae u. gr. in emtione per auersionem, *l. 38. §. 14. de Aedil. Ed. & 13.)* Ea, ex quibus nulla quidem redundat utilitas, dignitas tamen aut splendor fundo acquiritur, quale quid occurrit in Iure Patronatus & Iurisdictione. Solet enim Ius Patronatus communiter 100. florenis uel thaleris aestimari. *STRYK. Vj. Mod. tit. ff. de contrab. emt. §. 5.* De taxanda uero iurisdictione prolixè egit *GRASSIVS in Diss. de taxatione Iurisdic.*

### §. XII.

Denique 14.) Onerum & contributionum nulla quidem ratio *MEVIO P. VI. Decis. 158. & KLOCKIO de Contrib. Cap. 2. n. 10.* habenda uidetur; uerum, quamuis onera mere personalia aliis, etiam nullas possessiones habentibus, incumbantia haud attendenda esse, facile largiamur, attamen, onera realia utique in aestimatione computari debere, ratio postulat. Fac enim fructus satis uerbes, ex fundo sperari, sed uicissim onera non exigua praestari ex fundo. Sane ex solo fructuum modo, neglectis oneribus, fundum aestimari, par non est. Aut ergo fundus ab initio propter onera minori censendus pretio, aut post factam fructuum computationem onera deducenda. Multo magis onera extraordinaria perpetua fundi pretio aliquid detrahunt. Inprimis, Feuda ob seruitia minori pretio uenire, communiter *DD.* Iuris Feudalis aliique tradunt. Verum nos minime hanc ueram arbitramur rationem, sed potius restrictum disponendi arbitrium atque ius succedendi. Vtrumque ergo non tantum maxime in aestimandis feudalibus attendendum, sed etiam seruitia suo modo connumeranda esse, facile intelligitur. *Conf. STRVV. Synt. Iur. Feud. cap. u. §. 5. n. 12.*

MAIER.



MAIER. *Iur. Feud. p. 705.* Sic plurimis in locis seruitium equestre, ein Ritter: Pferd, mille florenis aestimari tradunt, KNICHEN. *de pact. inuest. P. II. cap. 5. n. 377.* SCHULTZ. *Synops. Iur. Feud. cap. 10. n. 42.* Reliquorum prudenti Oeconomoe in taxatione bonorum obseruandorum prolixum Catalogum exhibet WEHNER *Obs. Pr. uoce: Anschlag der Güther, & quid in specie in taxatione bonorum bey Fürstlichen Theilungen attendendum ueniat, uide apud MEICHSEN. Tom. II. Decis. 5.*

## §. XIII.

Caeterum, quia minima circumstantia in iure uari-  
 at rem totam, reliqua uix regulae certae includi possunt,  
 nisi iam speciali taxa sint notata, v. gr. redditus annui, it.  
 census dominici & frumentarii, de quibus uid. GAIL. *de*  
*pignor. Imp. Obs. 18. no. 12.* REFORM. FRANCOF. *P. II. tit.*  
*7. §. 22.* MEICHSENER *cit. l. fol. 224.* Quod autem in spe-  
 cie taxationem agrorum attinet, iustum eorum pretium  
 haud alia ratione rite determinabitur, quam secundum  
 ipsorum qualitatem & quantitatem. Vnde sequitur, ta-  
 xationem uix perfici posse, nisi praecua agri mensura &  
 inspectione, quamuis hac neglecta non statim retra-  
 ctanda & annullanda sit aestimatio, sed prius disquiren-  
 dum, num fuerit necessaria. Potest enim fieri, ut sine  
 ista agri mensura & inspectione notoria sit taxatoribus  
 quantitas & qualitas, ueluti si uicini sint harum rerum  
 probe conscii, aut si ex Aestimis, denen Saalbüchern, Ur-  
 barbüchern, Lehen-Büchern, de quibus uide AVENTINI  
*Annal. Boi. Lib. IV. in pr.* constet eorum designatio,  
 MEV. *P. IV. Decis. 164.* licet de Catastris publicis faten-  
 dum sit, non semper de iusto pretio ex iisdem constare  
 posse. Hinc quatenus illa circa taxationes admittenda  
 sint, docet COLER *Proc. Exec. P. III. cap. 9. no. 169.* Prae-  
 ter bonitatem uero illam agrorum, tam extrinsecam, quam  
 intrin-

Pretium  
 taxationis  
 uariat.

Quid in  
 specie in  
 taxatione  
 agrorum  
 obseruan-  
 dum.



intrinsicam, temporis quoque & status reipublicae habenda est ratio. Sic, cum sub Augusto Caesare imperium esset florentissimum, FLOR. *Lib. I. cap. 1. & ult.* agri quoque erant pretiosiores. SVETON. *in uir. Aug. cap. 41.* Signum enim est publicae opulentiae, ubi agri sunt in pretio, utilitas uero paupertatis indicium praebet, GRYPH. *in Oecon. leg. L. I. c. 6. n. 51.* atque copia sui aurum argentumque uilescit, sed raritas efficit, ut magis ei, quam possessionibus, aut aliis rebus, homines studeant. COCCEI. *Exerc. Curios. Tom. II, Disp. 25. p. 511.*

## §. XIV.

Quomodo  
taxentur  
proprietas  
& usufructus.

Fieri autem nonnunquam solet, ut quis haud plenum bonorum habeat dominium. Vnde quaeritur: si proprietates & usufructus ad diuersos pertineant, quomodo tunc formanda sit taxatio? Paucis rem absoluemus, communi opinioni, sanae rationi confirmi, insistentes, quae nudam proprietatem pro tertia parte integri domini aestimari, BERLICH. *P. I. Concl. 83. no. 66.* in taxatione usufructus uero *l. 12. ff. ad L. Aquil.* obseruandum suadet. DVARENVS *ad L. Aquil. p. 586. seq.* Aestimatur autem utilitas, quam & habere potui, & in posterum habiturus essem. BRUNNEM. *ad l. cit. ff. ad L. Aquil.* In aestimatione usufructus circa computandam quartam Falcidiam, cuius fundamentum deprehenditur in *l. 68. ff. ad L. Falcid.* quid obtineat, uid. ILL. DN. de WERNHER *sel. Obs. for. Vol. V. Obs. 10. p. 47.* Quod si uero Dominium plenum inter duos diuisum, & tam proprietates, quam usufructus, duobus communis, tunc non alterutrius pars separatim, sed tota res aestimanda est, HORN. *Cl. V. R. 10.* BERLICH. *P. I. Concl. 83. n. 70.* sine fraude tamen socii. *l. 1. & 2. C. de comm. rer. alien.*

## §. XV.



## §. XV.

Taxatio iudicialis praecipuum porro habet usum <sup>II. Bey ver-</sup> <sup>holffenen</sup> <sup>Güthern,</sup> <sup>ram mo-</sup> <sup>bilibus,</sup>  
 II. de Iure Sax. El. bey verholffenen Güthern, siue res  
 mobiles sint, siue immobiles. Quod mobilia attinet de  
 hisce uid. ORD. PROC. REC. ad tit. XXXIX. §. 8. ubi  
 cum sancitur, tot res solum capiendas esse, quot suffi-  
 ciunt, facile patet, executionem, licet petita sit genera-  
 liter, in des *Debitoris* bereitestes Vermögen, minime ex-  
 tendi ad omnia bona mobilia, sed post peractam taxa-  
 tionem reliqua debitori statim esse restituenda. Verba  
 etiam: *Sollen solche, so viel darzu von nöthen*, haud  
 ad solum debitum restringi, uerum etiam intuitu ex-  
 pensarum iudicialium, siquidem reus ad illas restituen-  
 das condemnatus sit, intelligi debent. Cum enim lex  
 indefinite loquatur, procul dubio expensae & reliqua in  
 sententia contenta, uel ex natura Processus fluentia, com-  
 prehenduntur.

## §. XVI.

In executione circa res mobiles taxatio praecise de  
 Iure Sax. El. necessaria est. Secus se res habet bey denen <sup>mobili-</sup> <sup>bus, in qui-</sup> <sup>bus taxa-</sup> <sup>tionis</sup>  
 verholffenen unbeweglichen Güthern. In his enim taxa-  
 tio minime requiritur, nisi in fundis pretiosioribus, aut  
 si Iudex ita arbitretur. ORD. PR. SAX. REC. d. tit. §. 11.  
 Vbi bene notandum, expresse per hunc locum iuberi, ta-  
 xationem praecedere debere ipsam subhastrationem. A-  
 lias, lege in genere loquente de taxatione, intelligitur ea  
 tunc demum necessaria, si res in solum danda est. Imo  
 ex *P. I. Const. 32.* Doctores quondam communiter nullam  
 pronunciarunt subhastrationem generalem, quam taxatio  
 praecesserat. B. MENCKEN tit. 39. §. 99. RIVIN. tit. 39.  
*Emunc. 67.* MARTINI P. S. tit. 39. §. 11. n. 31. & §. 14. n. 1.  
 Quod si uero per ORD. PR. SAX. REC. d. l. bona taxan-  
 tur,



tur, fit ea taxatio tantum informationis gratia, *l. c. uerb.* Jedoch dieses alles nur um besserer Nachricht willen, daß der *Licitant* sich deswegen weiter erkundigen könne, cum e contrario olim saepius celaretur, quo uariae difficultates hinc oriundae uitarentur. add. PHILIPPI *rr. de Subhast. cap. 3. comm. 3. n. 3.* Sequitur inde, eiusmodi taxationem neutiquam absolute iustum rerum pretium constituere. ORD. PR. SAX. REC. *d. l.* uerbis: Ohne daß der Richter, oder der *Concurs* deshalb zu einer besondern Gewährrleistung verbunden sey.

## §. XVII.

Vterior  
differentia  
a taxatio-  
ne bono-  
rum mo-  
bilium.

Porro a taxatione rerum mobilium aestimatio immobilium in eo differt, quod in hac non solum requiratur consignatio aliqualis rerum debitoris singularum, aliter *Pertinentien*, ingleichen derer *Inuentarien*; *Stücken*, ORD. P. S. R. *d. l.* uerum etiam debitor post factam subhastationem intra sex menses res redimere queat, O. P. S. R. *d. rir. §. 19.* quin & ipsis Creditoribus bona praecua taxa accuratori in solutum dari possint. O. P. S. R. *d. l.* Creditores uero inuiti illa in solutum accipere non simpliciter coguntur, O. P. S. VET. *tir. 39. §. 15. 16.* MARTINI *ad cit. l.*

## §. XVIII.

Quisnam  
eligat ta-  
xatores, &  
quales.

Taxatores regulariter eliguntur a partibus, id quod iuri conuenire & consuetudine adseruari, prolixius tradit RVLAND. *Tr. de Commiss. P. I. Lib. IV. cap. 24. n. 4.* Hinc aiunt DD. optionem praecedere debere aestimationem. MARTINI *Anal. ad §. 6. rir. 39. n. 1.* Minime uero Iudex eos denominare poterit, nisi partes uel absentes sint, uel de personis inter ipsas haud conueniat, uel, quod ad electionem requiritur, iusto tempore non praesent. *arg. l. un. C. Vr quae def. Aduoc. MEV. P. I. Decif. 29.* cum hac tamen differentia, ut, si taxatores a partibus electi



lecti sint, unius absentia integrum taxationis actum infirmet, quia arbitrorum instar habentur, *l. 17. §. 7. ff. de recep. qui arbitr. recep.* si uero a iudice, ille subsistat, dummodo haud iniunctum, ut omnes simul adsint. *id. P. VI. Decif. 161.* Quaestionem uero quod attinet, per quosnam taxatio fieri debeat? notandum, in Saxonia nostra distinguendum esse inter bona allodialia & feudalia. Taxatio bonorum allodialium expeditur per Scabinos Prouinciales, *Land-Schöppen*, uel si tales non habeantur, per Sculteros & Scabinos, ex tribus proxime adiacentibus pagis. *o. p. s. v. tit. XXXIX. §. Würde aber ic. CONST. EL. XXXII, P. I. §. Würde sich aber ic. RICHTER. Decif. 99. n. 4.* uel his quoque deficientibus, per uicinos agrorum, *Feld-Nachbarn*, cum uicini praesumantur ea, quae uicinatorum sunt, *scire, RVLAND. d.l. n. 3. MARTINI Annal. ad §. 16. tit. 39. n. 11. oder durch andere tüchtige wohl- erfahrene Leute, die dergleichen Güther besitzen. PHILIPPI de subbast. Cap. 3. comm. 17. n. 25.* Bonorum autem feudali-um taxatio minime committitur Scabinis prouinciali- bus, neque aliis taxatoribus, sed ipsis Nobilibus, uel aliis bona feudalia possidentibus, qui conditionem & qualitatem eorum prae aliis cognitam habent, item ad hoc deputatis Commissariis, quibus unam uel plures personas adiungere Creditoribus, potius ius habentibus, integrum est, ita tamen, ut contra hanc taxationem, si debitor uelit exiguitatem illius demonstrare, nihilo secius intra 14. dierum spatium audiendus sit. *o. p. s. tit. 40. §. Zu Taxirung der Ritter- und Lehn-Güter ic. MOLLER ad Constit. El. 32. P. I. n. 4. BERLICH. P. I. Concl. 83. n. 6. seq.*

### §. XIX.

Fides hisce, ut & aliis taxatoribus, non habetur, nisi antegresso iuramento, non quidem de ueritate, sed dumtaxat de credulitate, quod nempe sibi certo habeant per-

Taxatores  
dehent esse  
iura-  
mento ob-  
stricti.



suasum, rem nec maioris, nec minoris, esse pretii, quam prout ipsi eam aestimauerint. COLER *Proc. Exec. P. III. c. 9. n. 130. seqq.* HEIGIVS *P. I. Qu. 20. n. 19.* RVLAND. *d. 1. n. 8.* ubi, & quando, & quomodo, iurent, prolixè edisserit. Habentur enim eiusmodi taxatores in hoc passu instar testium, BERGER *Decis. 419.* testi uero iniurato non creditur. *l. 9. pr. C. de Test. add. MARTINI Proc. rit. 39. §. 16. n. 3. seqq.* Vt uero coram iudicio publico iurent, haud absolute necessarium est, quia sacramentum extra locum iudicii, aequè ac in loco iudicii praestitum, obligat. MEV. *P. VI. Decis. 160.* Taxationes autem, a taxatoribus prorsus iniuratis factae, irritae sunt, & propterea bona denuo aestimanda, praestito prius iuramento. MOLLER. *Semestr. Lib. I. c. 10. n. fin.* nisi aestimatores eiusmodi statim ab initio functionis suae generali iuramento adstricti sint, quales taxatores iurati multis in locis dantur. COLER. *Proc. Exec. cap. 3. n. 125.* Tunc enim de nouo iurare non tenentur. Ceterum expeditur actus taxationis regulariter sumtibus petentis, quod in actibus iudicialibus generale esse probat BRVNNEM. *Consil. 136. n. 46.* Exceptio datur 1) si ex officio decernatur, quippe in quo casu iudici determinatio, quis illos ferre debeat, incumbit, *O. P. S. tit. XXVIII. §. 1.* 2) In aestimandis damnis circa causas pignorationum. Cum enim talis cognitio pignorum concernat, & hic insuper magis odio quam fauore dignus sit, atque pignorans tantum de damno uitando agat, utique sumtus a pignoro sunt suppeditandi. STRYK *de pignor. anim. cap. 5. n. 8.*

Quis sumtus taxationis ferre teneatur.

Partes ad actum, taxationis citandae.

### §. XX.

Taxationem & aestimationem, cum res sit maximi praecudicii, partibus citatis fieri debere, omni caret dubio, propter regulam iuris generalem: Quoties quis ex actu aliquo laedi potest, toties ad eum est citandus. *arg.*

*l. 39.*



*l. 39. ff. de Adopr. l. 47. pr. ff. de re iud.* Hinc, si partibus absentibus, nec citatis, taxatio facta sit, eam denuo fieri debere, praeuia partium citatione, recte statuit ILL. DN. de BERGER *Decis. 419. & P. I. Resp. 498.* LYNCKER. *Tr. de Grauan. extraiudic. p. 151.* dummodo partes id petant, neque tacendo taxationem eiusmodi approbent. VVLTEIVS *Resp. Morpurg. Vol. IV. Resp. 20. n. 20.* Dissentit MEV. *P. I. Decis. 30.* qui, omissa citatione, taxationem penitus nullam haud esse, sed, partes saltem de iis, quae desiderantur, audiri debere, autumat, ex hac ratione, quod defectus solennium aestimationem ipsam, si iusta reperiat, uitiare haud debeat. ID. *P. VI. Decis. 159.* Verum citatio in rebus praediudicium inferentibus non est merae solennitatis, sed potius requisitum substantiale.

## §. XXI.

Si forsan hi taxatores circa pretium uariant, res dubia redditur, quid statuendum sit. Certum equidem est, stari maioris partis arbitrio *l. 27. ff. de recepr. qui arbitr. recep.* Ast si omnes in quantitate dissentiant, tunc per *l. cit.* minor summa eligenda uideri posset, maxime, cum in minori summa omnes concurrant. Verum in taxatione illa lex locum tueri nequit, cum ea propterea instituat, ut dissensus in quantitate tollatur. BRVNEM. *ad l. cit.* Iudex itaque citra iam factam taxationem aliud pretium, quod medium uideretur, inter utrumque determinabit. arg. *l. 25. ff. mand.* LAVTERBACH. *Coll. Pract. tit. ff. de contrab. emt. §. 27. uoce: mittlern Anschlag.* GAIL. *de pignor. Imp. Olf. 18. n. 7. & 10.* GRASSIVS *de modo taxandi Iurisd. P. I. §. 7. n. 67. pag. 48.* MARTINI *Annal. ad §. 16. tit. 39. n. 27.* Haec sententia commendatur ab aequitate, cum nec sit onerosa nimis debitori, nec Creditori nimis faueat. Potest etiam quandoque Iudicis arbitrio, & si priores taxatores rem acu non tetigisse



tigisse videntur, aliis prudentioribus negotium taxationis committere. Idque iubet O. P. S. V. tit. 39. §. 16.

## §. XXII.

Remedia  
contra fa-  
ctam taxa-  
tionem.

Taxatio eiusmodi iudicialis iustum pretium constituit, & in ea simpliciter acquiescendum, si iuxta §. 16. cit. tit. O. P. S. V. peracta sit. PHILIPPI de subbast. cap. 3. comm. 17. n. 37. Extra Sax. uero Elect. cum partes compromiserunt in taxatores, ex natura compromissi res decidenda, quam materiam communiter DD. ad tit. de recept. tradunt. Si uero iudex ex officio decreuerit taxationem, tunc quidem ante approbationem a partibus ipsi factam, cum taxatio sit instar testimonii de ualore rei, COLER Proc. E. . . P. III. c. 9. n. 10. non solum partes de taxatorum relatione audiendae, MEV. P. IV. Decif. 359. uerum etiam, si grauamen deprehendant, mediis congruis, u. gr. appellatione neutiquam prohibendae. Quod si uero taxatio a partibus, uel a Iudice, approbata, eadem iudicati instar habetur, atque irreuocabilis prorsus est. MEV. P. IV. Decif. 306. RVLAND. d. l. c. 12. n. 6. seqq. Minime enim placet sententia eorum, qui, eiusmodi Decreta in rem iudicatam transire, negant.

## §. XXIII.

III.  
in 1.) dam-  
nis illatis.

Transimus ad Taxationem iudicalem III. damnorum & Interesse, quae toto die in Processibus ab alterutra litigantium parte ita peti solent: *Das N. N. alle Schäden und verursachte Unkosten oder das Interesse zu erstatten schuldig.* Quod itaque 1.) damna attinet, ea resarcienda esse, aequitas naturalis dicitur, & omni iure receptum est, ut post interitum rei eius aestimatio debeat, & sic obligatio ad Interesse succedat. L. 8. pr. ff. de cond. furr. l. 68. ff. de R. V. Quod si ergo pars rei deteriorata solum, & de iusto ualore, in quantum res deterior reddita sit, non constet, iudex denominat aestimatores, quibus singulari commissione iniungitur, ut res uitiosas oculis subiiciant &



& taxent, GAIL. *de pignor. Imp. Obs. 18. n. 6.* idque generale est in omnibus casibus, in quibus iudicio magis, quam testimonio, opus est, quod iudex ex officio debeat constituere, & denominare personas, ut rem obseruent, & iudicium suum inde forment. arg. *l. 1. §. 1. ff. de uentre insp. l. 1. §. 5. ff. eod.* Si uero tota res deperdita, iudicialis damnorum taxatio regulariter ab actore expedienda, & probanda, nisi lex eiusmodi damna iamiam aestimauerit, ubi petenti nihil ulterius incumbit, quam, ut, reuera damna sibi illata esse, probet. E contrario, cessante legis aestimatione, non solum ipsam damnorum illationem, uerum etiam, hanc tanti esse, quanti aestimata ab ipso, actor probare tenetur.

nisi lex eadem iam aestimauerit.

## §. XXIV.

Omnis enim damni illatio est facti, & quae facti sunt, necessario probanda ueniunt. Releuabatur autem actor ab onere probationis ordinariae, iuxta VET. O. P. S. *tit. 31. §. 1.* si taxationem damnorum obtulerat ante Guardandam praestitam & litem pure contestatam. Alias ordinariae probationis oneri subiiciebatur. ILL. DN. *de WERNHER sel. Obs. for. Vol. III. Obs. 101. n. 380.* SVENDEND. *ad Fibig. p. 55.* Contra hanc taxationem ante promulgatam O. P. S. R. reo competebar iuramentum minorationis, *der Verminderungs Eyd*, ui cuius aliam damnorum aestimationem determinare ipsi erat indultum. V. O. P. S. *tit. 31. §. 1.* in quam tamen simpliciter postea condemnabatur absque ulteriori iudicis moderatione, *Land R. Lib. 3. art. 47. & 51.* BERLICH. *Decis. 88. n. 17.* quamuis iudicis moderatio praecedere iuramentum possit. CARPZOV. *Proc. tit. 12. art. 4. n. 22. seq.* PHILIPPI *ad O. P. S. tit. 31. consil. 1.*

Damna aestimantur, uel modis extraordinariis de V. P. S. O. ante Guardandam praestitam.

## §. XXV.

Sublato iam per O. P. S. R. *tit. 31. §. 1.* iuramento minorationis, simpliciter zenoniano locus est, & quidem quantum,

Per iuramentum zenonianum.



quandocunque, etiam causa iam conclusa, imo in ipsa Appellationis instantia; neque refert, utrum designatio rerum deperditarum aut damnorum ab initio statim cum libello, an uero postea, exhibeatur. ILL. de BERGER. *El. Disc. for. rit. 31. pag. 855. n. 5.* Iuramento hoc zenoniano ab actore praestito, non solum iuxta factam damnorum taxationem fertur sententia condemnatoria, uerum etiam usurae currunt a die sententiae latae. ILL. de BERGER. *E. D. F. rit. 34. Obs. 8. n. 2.* neque reus auditur contra hoc iuramentum, licet ipse iurare uelit, nisi consentiente actore. ID. *cit. l. rit. 31. Obs. 4. n. 4.* Non obstat tamen, quo minus 1) aduersus praestitum iusiurandum zenonianum locus nouae probationi omnino dandus sit, inprimis, si fiat ex magna causa & repertis nouiter instrumentis, *arg. l. 4. §. 3. ff. de in lit. iur. l. 31. ff. de iureiur.* atque 2) moderatio Iudicis in eodem admitti debeat, ID. *cit. l. Obs. 3. n. 1. & 4.* praesertim, cum iuramentum hoc magis sit de credulitate, quam ueritate. STRYK. *V. M. ad rit. ff. de in lit. iur. §. 12.*

## §. XXVI.

3) per iuramentum in litem affectionis & ueritatis uel modis ordinariis

Aestimantur praeterea damna per iuramentum in litem affectionis & ueritatis. Cum uero de his in omnibus Compendiis prolixius agatur, hinc in praesenti nihil addemus. Transimus itaque ad modum damna taxandi ordinarium, per peritos patresfamilias aut iudicii personas, auf Gemäßigung verständiger Hauswirthe und Schöppen: MEV. *P. VI. Decis. 373.* Horum priores non solum iuramento obstricti esse, quia h. l. testium instar habentur, BARTH. *Hodeg. for. c. 5. §. 3. lit. b.* uerum etiam utrique taxationem potissimum iuxta tempus damni dati accommodare debent. BRUNNEM. *ad l. 27. ff. ad l. Aquil. n. 7.* SCHILTER. *Exerc. XIX. th. 60.* STRVV. *Synr. l. C. Exerc. XIV. th. 25.* id quod etiam in specie in aesti-



aestimatione damni, in frumento dati, obseruandum. Quanquam enim nonnulli in ea sint opinione, quod tempus messium expectandum sit, ut sciatur, quantum ex tanto & simili frumento dominus habiturus sit, *arg. l. 40. ff. ad l. Aquil.* contrarium tamen uerius est, quod scilicet considerari debeat damni dati tempus, ita ut damnum taxetur, quanti tempore damni dati uendi potuisset illud frumentum, cum dubius sit euentus perceptionis futurae. Deinceps, quia, si frumentum ita tenerum est, ut loco herbae sit, frumenti numero haberi haud debet, ergo nec taxatio secundum ualorem frumenti, sed herbae, facienda est. *l. 4. ff. arb. furt. caes. BERLICH. P. II. Concl. 34. n. 62. RICHTER. Decis. 5. n. 16.* Quemadmodum uero omnia, quae alias in probatione ordinaria obseruanda sunt, hic quoad attendenda ueniunt, ita pari ratione, reum probationem contrariam contra taxationem instituere, neque illa, *Führung des Gegen-Beweises*, praeccludi posse, perse patet.

## §. XXVII.

Pergimus ad taxationem II.) eius, quod interest. Interest lucrum omne cessans, & damnum ex eo, quod factum non est, fieri tamen debuit, emergens, complectitur. *l. 13. ff. rat. rem bab. l. 8. ff. de eo, quod cert. loc. ILL. DN. de WERNHER Vol. II. Obj. 1. n. 2.* adeoque datur duplex Interesse, unum lucri cessantis, alterum damni emergentis ex mora. In taxatione Interesse 1.) lucri cessantis in primis respiciendum, annon de eodem ab initio quidquam fuerit conuentum, uel illud consuetudine & lege publica iam determinatum sit, uti de equis, & ouibus pignoris, testantur ILL. DN. de BERGER *P. II. ad E. D. F. tit. 28. p. 562. & in additam. p. 1969.* RIVINVS *ad O. P. S. tit. XXIIIX. En. 13. 14. 15. 16.* MEV. *P. III. Decis. 373.* Extra

II) in aestimando Interesse

tam 1) lucri cessantis.

D

tra



quod taxatur uel ab actore, tra dictos casus Interesse uel probatur ab actore, uel a Iudice ex aequitate taxatur. Cum uero admodum difficilis probatio eius, quod interest, ut plurimum esse solet, MEV. P. VII. Decis. 373. inde haud exacta praecise requiritur, sed uero similis quoque demonstratio ex aequo & bono sufficit. CONSTIT. EL. XXX. P. II. MASCARD. de probat. & praesumt. Concl. 660. n. 1. & 3. MEV. P. IV. Decis. 223. COLER. Proc. Exec. P. I. c. 10. n. 101. BARTH. Hodeg. for. Cap. I. §. 4. lit. c. Quinimo per iuramentum quoque taxatio Interesse fieri potest, ad quod Iudex non solum actorem petentem admittet, ut eo mediante Interesse taxet, & uere se sensisse asserat, uerum etiam eisdem, licet ipse Iudex Interesse iam taxauerit, adhuc ex officio nihilo secius recte deferret. MEV. l. cit. n. 4. 5. 6.

## §. XXVIII.

uel a iudice.

Iudicis taxatio eius, quod, interest tunc in primis locum habet, si actor, quanti interfit, haud probauerit. CARPZ. ad Const. El. XXX. P. II. Def. II. n. 21. HEIGIVS P. II. Qy. 2. n. 33. adeo, ut, licet petens Interesse idem minime probare queat, neutiquam tamen ideo absoluentus sit reus. RIVIN. ad O. P. S. tit. XXI. En. 56. Ut uero caute procedat Iudex in taxando Interesse, ipsi accurate respiciendum est, 1) ad cuiusque negotii circumstantias, quae cum sint tot tantaeque, ut uix enumerari possint, prudentis Iudicis arbitrio merito relinquuntur, 2) communem rerum functionem l. 63. ff. ad l. Falcid. 3) utilitatem proximam circa rem. Quae enim remota & extra rem est, spectari minime debet. l. 21. ff. de act. emr. uend. ILL. DN. de BERGER. Oecon. Iur. Lib. III. tit. 8. th. 14. n. 2. STRVV. Synr. I. C. Exerc. 44. th. 5. conf. ANT. FABER. Cod. Sabaud. Lib. IV. tit. 24. Def. 7. Denique 4) attendat, num id, quod principaliter petitur, certam quantitatem, aut certum corpus, habeat. Tunc enim in taxando



xando eo, quod interest, iudicem duplum excedere ue-  
 rat *l. un. C. de Sent. quae pro eo quod inter.* Maximopere An Iudex  
 uero disceptatum est inter iuris interpretes, quomodo duplum  
 duplum hoc accipiendum sit, utrum pro Interesse unius excedere  
 anni solum, an uero plurium quoque insequentium. queat.  
 Hanc legem intelligendam esse de Interesse unius anni,  
 idque duplum excedere haud posse, ac ob id ad Inter-  
 esse temporis longioris pluriumue annorum nihil inferri,  
 argumentis a ratione usurarum desumptis, statuunt  
 ILL. de DN. BERGER. in *Oec. Iur. Lib. III. tit. 8. th. 14. n. 2.*  
 RIVIN. ad *O. P. S. tit. 21. En. 56.* CARPZ. *Afyl. debit. pos. 24. n. 278.*  
 PHILIPPI ad *Decif. El. XXIX. Obs. 2. n. 8.*  
 BERLICH. *P. II. Concl. 38. n. fin.* E contrario, neque pluri-  
 um annorum Interesse duplum excedere posse, defendunt  
 BRVNNEM, ad *d. l. un. C. de Sent. quae pro eo quod inter.*  
 LYNKER. in *Diss. de eo quod interest. Sect. III.* HVBER.  
 in *Prael. ad ff. L. XXII. tit. 1. §. 31.* & in specie ILL. DN.  
 de WERNHER. in *Diss. de usuris per modum Interesse ultra  
 alterum tantum non exigendis*, in qua *d. l. un. aduersus  
 TABOREM de altero tanto P. III. §. 3.* uerbotenus explicat.

## §. XXIX.

Nostram quod attinet sententiam, breuibus eandem  
 proponemus. Certum est, notissimum Interesse inter & l. un. C. de  
 usuras intercedere discrimen. HVBER. *cit. l. §. 2.* Certum Sent. quae  
 est, omne Interesse non annuatim, sed generaliter, nicht pro eo  
 wie viel es auff das erste, andere, dritte, vierdte ic. Jahr quod in-  
 beträgt, aestimari, atque peti. Certum est, Iustinianum ter.  
 in *d. l. un.* eo potissimum respexisse, ne, dum in infinitum  
 computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat. Cum ita-  
 que 1) Interesse & usurae toto coelo differant, 2) *d. l.*  
*un.* sileat de taxatione Interesse annua, & in dubio generalis  
 Interesse aestimatio praesumatur, 3) computatio re-



uera produceretur in infinitum, & saepius pro impossibilitate sua caderet, si duplum hoc de uno saltem anno, non uero de subsequentibus simul esset intelligendum, consequens est, neque argumentum ab usuris desumptum hoc loco uim quandam habere, neque *d. l. un. de Interesse unius anni*, sed totius temporis loqui, adeoque duplum pari ratione haud annum, sed omne atque uniuersum Interesse absorbere. Taceo, quod nec usurae simul petitae, nec particulariter solutae, dupli quantitatem ipso iure Codicis excedere queant. *l. 10. C. de usur.*

## §. XXX.

quam 2.)  
morae.

Restaret, ut de Interesse morae quaedam subiungeremus. Ast cum *ILL. DN. de BERGER in Dissert. An in contractibus rerum fungibilium praestanda sit aestimatio maxima* & in *El. Disc. For. Tit. V. Obs. 7.* totam hanc materiam prolixius absoluerit, hinc B. L. ad *dd. ll. remittimus.*

## §. XXXI.

De taxati-  
one bono-  
rum, bey  
Vermögen,  
Steuern.

Quid in  
hac obser-  
uandum.

Affinis est huic iudiciali taxationi ea bonorum aestimatio, quae si collectae, *Vermögen-Steuern*, indicuntur, professionem bonorum subsequitur; & regulariter apud Magistratum fieri debet, atque bona fide peragenda est. *l. 4. pr. ff. de cens. RECESS. IMP. Spir. de anno 1544.* ubi haec uerba: *Das jeder sein selbst Vermögen treulich und ohne falsch und Gefahr schätze.* Ut uero bonorum & onerum iusta obseruetur proportio, duo haec notari debent. Primo, ut bona taxentur non ex substantia sua, sed ex quantitate fructuum & emolumentorum, quae ex illis percipiuntur, deductis omnibus impensis. Est enim ex natura collectarum, ut sint onus fructuum, & solui debeant



beant ab illo, qui fructus percipit. *l. 13. C. de act. emt. l. 2. C. de annon. & trib.* Vnde simul patet, res non taxari debere, quantum ab initio ualuerunt, sed ratione praesentium emolumentorum. *KLOCK. de Contrib. cap. 17. n. 91.* Deinceps considerandum, ad quem emolumenta perueniant. Bona enim ea demum cuiusque intelliguntur, quae deducto aere alieno supersunt. *l. 39. ff. de V. S.* Si ergo maxima bonorum pars ad Creditores pertineat, haec sub taxationem non ueniunt, *RAVCHBAR. P. I. Qu. 18. n. 24.* quinimo debitorem, si a Magistratu adstringitur, ut totum, quod ipsi impositum est, exsoluat, idem imputare deinceps posse Creditori in id, quod huic debetur, si quidem Creditores fructus iure antichretico, uel alio, percipiant, asserit *KLOCK. de Contrib. cap. 11. n. 138.* Conf. *ZIEGLER. de iure Maieft. L. II. cap. 3. ff. 35.* In Imperio nostro R. G. obtinet, uti satis inter omnes constat, modus collectandi, uel nach dem Kömerzug, uel dem gemeinen Pfennig. In posteriori taxa reddituum nulla habetur ratio, neque ex ipsorum quantitate, sed in genere facultatibus aestimatis contributio indicitur, quod luculenter patet ex *CONSTIT. MAXIMIL. de anno 1495. von dem gemeinen Pfennig ff. 1. seqq. & RECESS. IMP. Spir. 1544. ff. 26. seqq.* Cum uero ita cuiuslibet bona pateant, & uel diuitiae exponantur inuidiae, uel paupertatis uilitas detegatur, mirum haud est, istum modum hodie amplius non frequentari, & anno 1716. Imperio itidem contributionem nach dem Kömerzug placuisse. Conf. *FABRI. Staats-Cangley, Tom. XXVII.*

Quid in  
Imp R. G.  
obtineat.

### §. XXXII.

Iis in locis, ubi *Gabella*, s. detractatio de bonis aliorum exportandis, usu recepta est, haud raro etiam de quantitate bonorum computanda quaestio mouetur. *MO-*  
*bilia praestandae.*



An sub  
hanc ueni-  
ant mobi-  
lia & no-  
mina.

bilia & nomina I.) quod attinet, de iisdem, si alibi existant, & extra illum locum, unde quis emigrat, habeantur, nihil detrahi posse, neque illa sub taxationem uenire, arbitramur. Quamuis enim illa ossibus inhaerere, & haec locum domicilii sequi dicantur, ideoque multi a nobis dissentiant, uid. MYLIVS *Diff. vom Abzugs-Gelde* §. 17. id tamen ad praesentem casum non pertinet, sed quod de nominibus dicitur, intelligendum de cessione necessaria, sine qua nomen alienum ab altero exigi nequit; *l. 3. ff. pro soc. & mobilia ratione successionis, similitumque capitum, domicilium sequuntur.* Ad iura uero Gabellae odiosa id nequaquam extendi potest. Ratio enim introducti detractus id uoluisse uidetur, ut caueretur, ne crebra bonorum exportatione uires Reipublicae diminuantur & infirmentur. Sed ex nominibus alibi debitis illae nec augentur nec imminuuntur. Deinde soluitur Gabella propter exportationem ipsam. Vbi uero nihil exportatur, neque aliquid solui debet. Intelligendus tamen est casus, ubi non in fraudem huius iuris pecunia, alicubi quaesita, alibi est elocata. Consentit ex parte MEV. *ad Ius Lubec. P. II. tit. 2. art. 4. n. 17. Porro 2.)* de sorte non prius solui debet Gabella, quam illa reuera exportetur. Si itaque, sorte non exacta, usuras percipiat, qui domicilium mutat, de his solum Gabellam debet, non de sorte. Finge igitur, poenitentia ductum redire, antequam sortem exegerit, tunc plane immunem putamus a praestatione Gabellae. Add. RHET. *Diff. de Jarc. emigrant. Cap. IV. §. 2.* Ipsa uero taxandi ratio definitur IBID. §. 5.

Quando  
fors.

### §. XXXIII.

De taxati-  
one bono-  
rum, inui-  
tu uectiga-  
lium ex-

In indicendis contributionibus, exigendis uectigalibus, onere Accisae & similibus, bona pari ratione taxanda esse, iam ex antecedentibus patet. Illa bonorum taxatio



xatio communiter dominorum professioni relinquitur, solvendorum. nisi fraudis suspicio subsit. COD. AVG. Tom. II. p. 1987. Cum tamen nihilo secius haud raro subditi, aliique ad onera ista obligati, res suas minori pretio profiteantur, ut deinceps uilius uestigial exsoluant, hinc merito disquirimus, quodnam iustum sit statuendum pretium, ex quo diiudicari queat, num fraus aliqua commissa sit. Quandoque enim res uili admodum pretio comparantur, sed in loco, in quem distrahendae sunt aduectae, multo maiori ueneunt. Censemus itaque, si leges uestigiales nihil de hoc casu disponunt, spectandum esse pretium, quo emtae, non uero quo uendi potuerunt. Incertum enim plerumque est, quale futurum sit uenditionis pretium, & quae aliae circumstantiae forte sint emerfurae, quibus lucrum speratum intercipitur. Quod si etiam res in itinere deteriores redditae, & non parum pretio imminutae, aequitas postulat, ut potius praesens, quam uenditionis aestimatio attendatur. In eandem sententiam eunt CONSTITVTIONES ELECTOR. SAX. de anno 1698. COD. AVG. p. 1315. uerb. Da einiger dolus gefunden, oder die Waaren geringer, als nach dem Einlauff und eigenen Kosten, nebst dem darzu gerechneten Auf-Gelde, angegeben, soll das unrecht angegebene zum *contreband* verfallen seyn. Ratione tamen poenae aliud constitutum, MAND. de an. 1705. COD. AVG. Tom. II. p. 1902. Pariter in MAND. de anno 1719. COD. AVG. p. 2006. dispositum: Demnach bisshero zc. zc. die von Leipzig und Naumburg, oder auch auffer Landes in unsere Städten gebrachte Waaren, von verschiedenen Leuten sehr geringe, und nicht nach dem rechten Werth, was sie gekostet, bey der General-Neicse an- und vergeben zc. Idem emtionis pretium ad immobilia extenditur bey der Vermögen-Steuer MANDAT. de anno 1705. COD. AVG. Tom. II. p. 1791. Der Werth



Werth der Güther oder Grund: Stücke soll nach dem letzten Kauff oder Tausch Brieffen ic. ic.

## §. XXXIV.

De taxati-  
one fera-  
rum,

Referri huc quoque meretur casus de taxandis feris. Poena scilicet capitalis constituta est in fures ferarum, ita, ut qui de feris maioribus tantum abstulerint, quantum alias ad suspendium furibus sufficit, eodem affici iubeantur. MANDAT ELECT. de anno 1584. & 1613. COD. AVG. Tom. II. p. 528. & 546. uerbis: Gleich andern Diebstählen geachtet, und darauf die gewürckte Straffe erkennet werden. Vbi non immerito in dubium uocatur, quomodo illud quantum sit computandum. Differt enim taxa Electoralis a pretio communi, quo alii uendere solent, & hoc plerumque illa minus esse solet. Verum quamuis hic casus POTENT. & SERENISS. legislatoris arbitrio relinquendus sit, forte tamen non inique dixeris, pretium commune potius spectandum esse in aestimanda furti quantitate. Nec enim forsitan haec fuit intentio taxam constituentis, ut fures secundum illam puniantur, sed uenatoribus eadem praescripta est, ne minori se pretio uendidisse dicant, & sic fraudes circa rationes, de pretio reddendas, committant. Alios fures quod attinet, haud opus est, ut multis exponatur, res exstantes a peritis iusto & communi pretio aestimandas esse, quae uero non extant, plerumque a dominis iuratis taxari, eorumque taxationi regulariter stari. HORN. Cl. XV. R. 7. Haberi uero solum in furto rationem damni uere dati, non autem spei de lucro futuro, prolixè deduxit ILL. DN. de WERNHER Vol. VI. Obs. 71. & 101. p. 129. & 162.

aliarum-  
que rerum  
furriua-  
rum.

## §. XXXV.

De aliis re-  
bus taxa-

Tandem alia innumera in iudicio, mediante taxa, defini-



definienda occurrunt, in quibus consuetudo & circumstantiae supra commemoratae praecipuum decisionis fundamentum constituunt. Sic pro conuiujs, ad quae Pastores uel Custodes inuitandi, si non inuitati sunt, quatuor grossi praestandi sunt. BEYER *Addit. ad Carpz. Jus Eccl. Lib. I. Def. 121. p. 62.* Panum quoque debitorum, si non sint praestiti, aestimatio ex annonae caritate, aliisque circumstantiis, peragenda. CARPZ. *l. cit. def. 104.* BOEHMER *Jur. Paroch. Sect. VII. Cap. I. §. 20. p. 407.* Nec aliud quid de sarciminibus, si talia debeantur, statui potest, & imprimis consuetudo, qua quantitate & qualitate praestanda sint, attendenda est. Denique dantur, quae in se & sua natura aestimationem non recipiunt, & nihilominus aestimanda sunt, u. gr. dolores ex percussione, fides de matrimonio ineundo haud seruata, libertas personarum &c. in quibus tamen omnibus consuetudo rursus, quae haecenus in aestimandis rebus obtinuit, & praeterea qualitas personarum attendendae sunt.

tioni iudiciali subiectis.

## SECTIO III.

DE

## TAXATIONE PRIVATA.

## §. XXXVI.

Obtinet taxatio priuata in negotijs extra iudicium gestis, ubi conuentione priuatorum determinari solet premium. Primum exemplum suppeditat contractus emtionis, ubi tamen haud omnis rerum alteri traditarum aestimatio ipso iure emtionem uenditionem inuoluit. Innuere e-

Taxatio priuata obtinet i) in emtione uenditione. An omnis taxatio i-

E

qui-



pfo iure  
emtionem  
uenditio-  
nem in-  
uoluar.

quidem illud uidetur *l. 10. §. 5. ff. de iure dol. l. 2. pr. ff. de aestim. act. l. 17. §. 1. ff. de praesc. uerb.* sed fallit hoc, & respiciendum erit eo in casu potissimum ad mentem & intentionem contrahentium. Quod si enim ex eadem liqueat, taxationis causa solum appositam esse aestimationem, neutiquam haec sola operari poterit emtionem uenditionem. *CARPZ. ad Const. El. XXIII. P. III. Def. 27. ID. Lib. I. R. 106.* Nihilò secius tamen suo modo periculum facit eius, qui rem aestimato accepit, adeo, ut aut res integra restituenda, aut re deteriorata pretium adiectum praestandum sit. *l. 2. §. 1. ff. de aestim. act. l. 17. §. 1. ff. de praesc. uerb.*

### §. XXXVII.

A quo-  
nam res  
taxetur.

Taxatio rerum in hunc contractum emtionis uenditionis deductarum, fit uel ab utraque parte ipsa, uel per compromissum in arbitrium tertii confertur, uel denique priuato motu, sine praescitu & consensu extraneae personae, antequam contractus initur, suscipi solet. Hoc casu, effectus taxationis, a tertio factae, in eo consistit, quod tantummodo meram informationem partis de probabili iusto pretio contineat, neque alteri parti ullum adferre possit praecudicium. Hinc illud enatum est prouerbiū: *Tax und Anschlag kan ein jeder machen, aber Leute zu wege bringen, die darauf kauffen, nicht.* *WEHNER. Obs. Pr. uoce: Taxe. PRUCKMANN. Const. 50. n. 18.* De pretio uero emtionis, siue a partibus definito, siue in arbitrium tertii collato, nihil addemus in praesenti, praesertim, cum isthaec materia in omnibus Compendiis & Systematibus iam satis sit uentilata.

### §. XXXVIII.



## §. XXXVIII.

De eo autem non incommode forte quaeritur, quid de casu sentiendum, si uenditor nullo pretio constituto rem tradiderit, dicens: *Er nehme es hin, wir wollen uns schon vergleichen.* Pretium demum constituendum esse, certum est, sed, si de eo postea inter partes non conueniat, ambiguum uidetur, quid statuendum. Quod si tamen probe attendas circumstantias, res facile decidi potest. Fac, uenditorem maius pretium petiisse, emtorem e contrario minus obtulisse, & postea uenditorem prolatis uerbis modo commemoratis rem tradidisse, ipsum pretium oblatum consensisse, extra omnem dubitationem positum uidetur. Finge quoque, emtorem, nullo a se oblato pretio, ad illa uerba a uenditore prolata rem accepisse, tunc ipsius consensus in pretium, quod uenditor petiit, non uicissim ex acceptione infertur. Id enim uenditoris uerba manifesto inuoluunt, aliquid de pretio, ab initio dicto, remitti debere, quia extra hunc casum plane nihil operarentur. Ita uero contractus interpretandus est, ut aliquid operetur. Quod si ergo uenditor tradiderit, adiecta formula superiori, id actum uidetur, ut postea pretium ex aequo & bono a partibus determinetur; & si idem non fiat, in boni uiri arbitrium compromissum censetur. Pertinet huc *l. 22. ff. de praeser. uerb. si eo animo negotium sit gestum, ut postea tantum mercedis nomine daretur, quantum inter nos statutum sit, placet, quasi de nouo negotio in factum dandum esse iudicium.* BRVNNEM. *ad cit. l. Et sic pro eo pretio, quod iudex determinauit, est locatio.* Quod si, dum contrahunt duo, antequam inter ipsos de pretio conueniat, accedat tertius, pretiumque augeat, communiter Stellionem pronunciant.

Quid? si nullo certo pretio constituto res tradita.

Quando tertius pretium augens pro Sed Stellione



habendus  
sic.

Sed merito distinguendum, quo animo quis accedat. Si enim ipse uelit rem sibi comparare, maiusque offerat pretium, extra crimen est, aequae ac is, qui in subhastationibus, additionibus in diem &c. maius pretium offert. Neque est, de quo alter emtor conqueratur, cum, antequam de re uel pretio consenserint partes, nudi tractatus intelligantur, qui tertium plus licitantem excludere nequeunt. Si uero quis plus offert, non ut emat, sed alium ad plus offerendum inducat, uti quandoque in publicis uenditionibus fieri solet, ille merito pro Stellionatus habetur. TABOR *Racem. ad tit. ff. de Stellion. §. 17.* COLER. *de alim. Lib. I. c. 17. n. 32. p. 573.*

§. XXXIX.

Quid de  
nimia ta-  
xatione re-  
rum con-  
sumtarum,  
a cauponi-  
bus facta,  
sentien-  
dum.

Praeterea circa uenditiones crebrae cauponum fraudes solent occurrere, qui pro uilissimo quandoque cibo & hospitio pretium nimium exigere solent. Dolus ab ipsis hac ratione admitti, nemo forte inficias ibit, eoque maior habenda malitia, quod hospes nolens uolens taxae, a caupone praestitutae, se subiicere teneatur, cum huic ius retinendi res hospitis, imo & uestes exuendi, plerumque tribuatur, ILL. DN. de BERGER. *Oec. Iur. p. 734.* CARPZOV. *P. II. Const. XXV. Def. 22. n. 22.* Ast eo grauius quoque licentia caponum, quam inique in hospites sibi uindicant, coercenda, tam ex generali regula: *Molitiis hominum non est indulgendum, l. 38. ff. de R. V.* quam ex sequentibus rationibus. Omnis dolus, circa emtionem aut locationem admissus, non tantum actione ex illo contractu reparandus, sed etiam decipiens stellionatus admittit, atque propterea extraordinariae poenae subiiciendus. Testantur id complura contractuum exempla



empla, l. 3. ff. de stellion. it. l. 1. ff. de pignor. act. uerbis: *Tenebitur pignoratitia actione, qui dedit, praeter stellionatum, quem fecit.* In Saxonia nostra Elect. de hac materia disputare otiosum est. Leges enim Saxon. El. quae inter omnium Germanicarum Prouinciarum iura, excellentia, ἀριστεία, iustitia, prudentiaque, eminent, dudum fraudibus cauponum occurrerunt. Nam in der Landes Ordn. de anno 1543. tit. von denen Wirthen oder Gast-Gebern, COD. AVG. Tom. I. p. 19. iubentur primo Magistratus singulis anni quadrantibus pretia prandiorum, stabuli, pabuli &c. sub poena 100. floren. statuere. Deinde de cauponibus haec adduntur: Soll jeder Wirth seinem Gast stückweiß rechnen, und wo einer befindet, daß er über die Sazung beschwehret, soll er denen Gerichten oder dem Rath solches anzeigen. Wird dann der Wirth daran schuldig befunden, soll er 100. fl. zur Straffe denen Gerichten zu geben schuldig, und wo die Gerichte deßfalls nicht straffen, sollen sie uns 100. fl. verfallen seyn. Add. Ausschreiben de anno 1550. COD. AVG. p. 1577. Vbi primo per se patet, & ex SECT. I. facile intelligitur, conditionem hospiti competere. Deinde, quamuis dolendum, Magistratus more suo negligentes, tam in his, quam aliis similibus, esse solere, propterea tamen in malitia cauponum nequaquam conuiuere fas est, sed illi etiam taxa non constituta ob improbas exactiones coërcendi, & hospitibus damna restituere cogendi. Publica enim auctoritate taxa cauponibus est praescripta, COD. AVG. Tom. II. p. 802. ex qua in dubio iudicandi, si aliam per Magistratum conficiendam non curarunt.

## §. XL.

In Commodato taxa rei commodatae adiecta ope-<sup>2)</sup> in Com-  
 E 3 ratur, modato



- ratur, ut commodatarius culpam praestet leuissimam, propterea quod, *si res aestimata data est, omne periculum praestandum ab eo, qui aestimationem se praestiturum recepit.* l. 5. §. 3. ff. *Commod.* ILL. DN. de BERGER. *Lib. II. R. 81.* Id quod etiam in deposito obtinere, nulli dubitamus, dummodo taxatio haud facta sit cum protestatione, eam alio sine haud adici, quam ut constare possit, an res aeque bona restituatur. STRYK. *Cour. Contr. Sect. II. c. 2. §. 10.* Quale quid etiam in locatione accidere solet, ubi Inuentarium, quod uocant, aestimatum traditur.
- 3) in Depo-  
sito.
- 4) in Lo-  
catione.

## §. XLI.

- 5) in Di-  
stractione  
pignorum
- Priuata rei oppignoratae ab oppignorante facta taxatio distrahentem pignus in bona fide constituit. Ad priuatam enim pignoris distractionem inter alia requiritur, ut fiat bona fide, i. e. iusto pretio, l. 3. C. *si uend. pign. og.* ILL. DN. de BERGER. *Oec. Iur. Lib. II Tit. 5. rb. u.* & hinc utile est, ut debitor adsit, & uideat bona fide pignus distrahi. BRUNNEM. *ad l. 4. C. de Distract. pign.* Si itaque pignori aestimatio addita, & creditor idem pro ratione huius aestimationis distraxit, neque praesentia debitoris, neque auctione uel subhastatione publica, qua mediante alias mala fides elidi solet, opus erit, sed Creditor simpliciter in bona fide constituitur, ita ut nec debitor eiusmodi distractionem cum effectu impugnare possit, dummodo idem in mora reluendi fuerit, quia alias, licet uel maxime bona fide distracta res sit, distractio ipso iure est nulla, l. 8. C. *de Distr. pign.* nisi consensus debitoris accesserit.

## §. XLII.

- 6) in Con-  
stituenda  
dote.

Quod taxatio rerum in dotem dotarum operetur do-



dominium, & hinc earundem periculum ad maritum transeat, res expediti iuris est. *l. 10. §. 5. ff. de iure dot.* An vero per eiusmodi taxationem fundi dotalis semper dominium irrevocabile ac liberrimam alienandi facultatem maritus consequatur, Doctoribus dubium visum est. Qua de causa distinguunt, utrum taxatio fundo dotali uenditionis gratia adiecta sit, nec ne? De priori casu illud affirmant, de posteriori uero negatiuam amplectuntur sententiam. Sed ut taceamus, eo in casu, ubi taxatio fundo dotali adiecta est, semper pro marito praesumi debere, quia dominii reservatio est facti, & in dubio quis dominium cum omnibus iuribus transtulisse censetur, certum tamen est, in omni contractu, ubi res aestimato datur, id agi, ut res incorrupta reddatur, uel aestimatio, de qua conuenit, praestetur. *l. 2. §. 2. ff. de aestim. act.* Vnde patet, maritum, licet ita haud expresse conuentum, nihilominus durante matrimonio de fundo dotali, qui aestimato datus est, disponere posse, atque reuera *virtualiter* eiusdem dominium plenum habere, dummodo postea aestimationem ab initio adiectam praestet. Porro aestimatio rerum dotalium absque ulla restrictione & limitatione uerae aequiparatur uenditioni in *l. 10. §. 4. ff. de iure dot.* Per emtionis uenditionis uero contractum semper plenum atque liberrimum dominium in alterum transit. Denique omnis rerum in alterum translatarum taxatio tamdiu emtionem uenditionem inuoluit, usque dum contraria probetur intentio, uid. *supra §. 36.* Hac itaque non demonstrata, iuris est, per taxationem fundi dotalis qualemcunque simpliciter dominium irrevocabile & plenam alienandi potestatem maritum consequi. *l. un. §. 15. C. de rei ux. act. CARPZ. ad Constit. El. XXXIII. P. III. Def. 27.* Id quod etiam effectus



effectus ratione bonorum dotalium non aestimatorum illustrat. *l. 10. §. 1. ff. de iure dot.* adeo ut in dubio haud distinguendum sit, utrum taxatio fundo dotali uenditionis gratia adiecta sit, nec ne, sed pro marito militet praesumptio *ILL. DN. de WERNHER. Vol. VI. Obs. 392. p. 705. STRVV. in Synr. I. F. Cap. 13. §. 6. ductus arg. l. 5. §. 10. C. de iur. dot.* Aliud uero non immerito asseritur, ubi contraria coniectura capi potest. *DN. LEYSER. Medit. ad ff. Vol. V. p. 290.*

## §. XLIII.

7) in ultimis uoluntatibus.

Porro taxatio bonorum priuata occurrit nonnunquam in ultimis uoluntatibus. Huic taxationi heredes tam extraneos quam suos necessario stare debere, omni caret dubio, cum, qui heredes existunt, defuncti uoluntatem una agnoscere teneantur. *ILL. DN. de WERNHER Vol. I. Obs. 442. n. 1.* Nec distinguitur, siue eiusmodi taxatio iustum pretium constituat, siue non, dummodo intuitu heredum suorum legitima haud laedatur, quia in huius praeiudicium nihil a patre fieri, adeoque nec bona iusto uilius taxari possunt. *ILL. DN. de WERNHER cit. loc. n. 2.* Si uero per hanc taxationem legitima laesa sit, taxatio equidem ipsa subsistit, dabitur tamen actio suppletoria ad supplendum id, quod legitimae deest. Porro datur exceptio intuitu fisci, si nempe taxatio in testamento minori pretio in fraudem eiusdem facta sit, *RHET. Diff. de Sarcin. emigr. Cap. IV. §. 6.*

## §. XLIV.

8) in donationibus.

In donationibus quoque taxa desideratur saepius, ut



ut computetur, excedatne illa quingentos solidos, an non? Si enim excefferit extra iudicium facta, per decantatissima iuris principia, ualida haberi nequit. In hac rerum donatarum taxatione TIRAQUELLVS equidem *de re tract. lignag. f. 15. Tom. III. p. 259.* omnes impensas deducendas, reliquumque solum computandum, putat. Sed in hanc sententiam non simpliciter eundem, uerum distinguendum censemus, utrum illa impendia ex parte donatarii, uel rei ipsius natura, oriuntur. Sic, cum res non intelligatur, nisi deducto aere alieno, merito TIRAQUELLI sententia probanda. Ast, ubi ex solo donatarii facto expensae oriuntur, si v. gr. uoluptatis causa expendit, aut in longinqua loca suis sumptibus auexerit, id sane de pretio rei donatae deduci nequit. Idem & Gabella de Gabella dicendum uidetur, quia illa soluitur a donatario, propterea, quod rem donatam aliorum exportet. Eius enim ratio circa quantitatem donationis determinandam haberi nequit; sufficit, quod donator ex bonis suis 500. solidos amiserit. Sufficit quoque ratio legis, quae est, ut homines ab inconsultis donationibus & prodigalitate reuocentur. Et haec ratio salua manet, siue donatarius gabellam saluat, siue non. Nec enim huius gratia, sed donatoris causa, quo ipsi prospiciatur, ne egeat aliquando, introducta est insinuationis necessitas.

## §. XLV.

Multa alia circa hanc materiam supersunt. Sic de aestimatione des Dienst-Gelbes, quando subditi loco seruitiorum certam pecuniae summam exsoluere iubentur, uide nonnulla apud TEXTOR. *Iur. Publ. Stat. Imp. Tir. IV. n. 306. seq.* De taxatione alimentorum ex aetate, natalibus, professione, creditoribus, facultati-

F

bus

An computentur expensae,

&amp; Gabella.

De aliis rebus priuatae taxae subiectis.



bus debitoris, consuetudine &c. decernendorum vid. DD. *ad rit. ff. de alim. leg. & COLER de alim. p. 66. 142. & 621.* De casu, si res diuersis ponderibus, quantitatibus, mensuris, pretiisque, diuersis in locis ueneant, euoluatur PHILIPPI *de subhast. Cap. II. Comm. 14. n. 18. p. 118.* ubi etiam des *Hunde Rost. Geldes n. 20.* fit mentio. De dote quoque, uel filiae uel stupratae praestanda, plura dici possent. Quaestio pariter, num sumtus testi uel alii, peregre profecto, praestandi computentur, deductis iis, quae domi consumsisset, digna esset, quae uberius excuteretur, quamque negat COLER. *de alim. Lib. I. c. 14. n. 32.* Idem dicendum de debito plurium annorum aestimando. uid. ANT. FABER *Cod. Sabaud. Lib. IV. tit. 2. Def. 2. seq.* Ingens etiam materiarum farrago ex collatione, & rescissione uenditionis ob laesionem enormem, produci posset. Nec exiguam discussionem ille sibi uindicaret casus, quem haud ita pridem Curiae Prouinciali Viteb. oblatum a PRAESIDE accepi, ubi famuli & ancillae coactas operas, *Zwang. Dienste*, Domino praestantes taxae operarum publicae acquiescere noluerunt, contententes, illam contraria consuetudine & notoria pretiorum mutatione abrogatam esse. Verum metus, ne longius excurram, me pedem figere iubet.

F I N I S.





NOBILISSIMO DN. RESPONDENTI

ET

DISSERTATIONIS HVIVS AVCTORI

S. P. D.

P R A E S E S.

**H**Abes quidem in oblata mihi Dissertatione nonnullos antecessores, qui circa idem Thema fuerunt occupati; Quilibet tamen aequus rerum taxator, eos laudi Tuae nihil detrahere, aestimabit. Primo enim, qui Te praecesserunt, partim minus bene officio suo inenodando necessario hoc Themate functi, sed uerbis potius more priorum seculorum delectati sunt, partim copia eorum, ut abs Te in subsidium uocari potuerint, amplius haberi haud potest. Deinde dubii sunt eruditi, utrum noua inuenire, an priora nouis accessionibus augere, ac prudentibus meditationibus illustrare, sit gloriosius. Quid? quod subtilius & pleni-

us



us tractanda sint quotidiana, monente GOTHOF. *ad l. i. ff. de susp. tut. & l. 25. ff. de liber. leg.* Recipe itaque Dissertationem scite egregieque elaboratam, in qua admiranda, cum perlegerem, totus fui. Gaudeo, me primum esse, qui Tibi Specimen hoc insigne gratuletur, & publicum industriae, probitatis atque dexteritatis Tuae, testimonium perhibeat. Fatendum enim est, me Tibi ex solertissimis ac diligentissimis Auditorum meorum primum perpetuo assignasse locum. Nec dubito fore, ut, perfecta Dissertatione ista, idem Tibi quilibet tribuat, praemioque Te amplissimo dignum iudicet. Quod ut brevi tempore consequaris, nec non omnia fausta, ex animo precor.

Dabam d. XII. Cal. Iun.

M. DCCXXXI.














Wittenberg, Diss., 1731

X 237 1957









1731 21 26 28

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
IVRE  
TAXATIONVM

QVAM  
PRAESIDE  
IOANNE FRIDERICO  
WERNHERO D.

PANDECT. PROFESS. PVBL. CVRIAE PROVINC. SCA-  
BINAT. ET FACVLT. IVRID. ASSESS. SVBST.

IN *ACADEMIA VITEMBERGENSI*

D. XXIII. MAII M DCC XXXI.

IN  
AVDITORIO JCTORVM  
HORIS CONSVETIS  
DEFENDET  
IOANNES GODOFREDVS *Schwende*

VITEMBERGA - SAXO.

*VITEMBERGAE*

TYPIS EPHRAIMI GOTTLOB EICHSFELDII.

